

914  
meros cerdones deprehendes. In hos competit il-  
lud, quod teste S. Hieron. ad Pammach. de Cesare  
egregie dixit Tullius: Cum quosdam, ais, ornare voluit,  
non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit.

**VERS. 71.** A PURPURA QUOQUE ET MYRICE, QUÆ SUPRA  
ILLOS TINEANT.] Ita legendum, non teneant, quod  
Ex vestibus idolorum purpureis & myricis, quæ  
à teneis consumuntur, utique scietis quid sint ido-  
la, scilicet quod sint saxa & ligna, non dii.

Nota. Pro murie aliqui legunt marmore: græcè enim ἐστὶ μαρμαίρε, quod Vatablus vertit, splendore: μαρμαίρε enim signat fulgorē, splendorem, & à splēdore dictus est tam lapis marmor, ut docet Anselm. Boëtius lib. 2 de Lapidibus c. 266. quàm hic murex siue purpura nā, ut ait poeta Æneid. 4. Τυρρῶν ἀνὰ δόρυ μιν ἔλατο λέναι, id est toga duplex, quæ erat amictus aurgularis, ait Paulus Manutius, si ardebat ergo & splēdēbat. Secundò, marmor tingi solet rubro colore. Hinc significat muricem siue conchylium & purpureum colorem & vestem, quæ supra idola tinea, id est à tinea, arroditur & confumitur: græcè οὐ μιν μύρμας, id est quæ putrefit.

SCIETIS ITAQUE] Potius legendum cum Maldon. *scietis utique*: sic enim connexa erit sententia præcedentium, eaque hic explebitur. Id ita esse patet ex Græco.

ET ERUNT OPPROBRIUM] erunt omnibus risui  
& probo. Omnes enim ridet, cum vident ali-  
quod idolum saxeam vel ligneum, cariosum, trun-  
cum pedibus, manibus, oculis aut capite, adorari  
aut adoratum fuisse.

Ex hoc capite refellitur Caluinus, qui ait Gentiles non fuisse tam stupidos, vt adorarent ligna & lapides, sed in ijs adorasse Deum, quasi in imagine, vt faciunt Christiani. Hoc enim falsissimum esse, pater ex toto hoc capite, & ex Arnobio, Lactantio, Tertul. Iustino, Athenagora & alijs, qui passim rident Gentiles, quod lapides & ligna pro dijs colant. Idem videmus hodie facere lapones & Indos, Simples ergo statuas colebant vt deos: sapientiores quasi corpus vel membra Dei; putabant enim nomen statuarum & idolo, quasi tui simulacro, esse affixum, in illo habitare, & circa illud versari & ludere, sapientissimi riferunt idola, vt Socrates & Plato; licet quidam ex eis ea coluerunt metu hominum, qua de re alibi plura dixi.

10. Iosaphato demonstrat stultitiam idololatrarum per apologum aucupis & lusciniæ, eamq; triplicem. Primò, quòd res prateritas, putà Iouem, Mercurium aliòque homines flagitiosos iam mortuos lusciniare velint. Secundo, quòd tentent impossibilia: petunt enim vitam à statua inanima. Tertiò, quòd credant rem incredibilem; scilicet saxa esse deos. Apologum lusciniæ recensuilerem. 8.v.7. Et S. Aug. in Sententijs, sent. 21 §. Sic, ait, sunt qui colunt idola, quomodo qui in somnis vident vania. Si autem enigilet anima ipsorum, intelligit, à quo facta sit, & non colit quod ipsa fecit.

Moraliter ergo discite hoc capite, quàm impia & stolidâ sit idololatria, quæ Deum verum diuinitate sua priuare, eamq; in creaturam transferre conatur. Hinc Sancti eam, vt summum crimen læsæ

Mor. quàm  
Sancti ex-  
horruerint  
idola.

Cap. VI.  
A maiestatis diuinæ, tantopere detestati sunt, vt ma-  
luerint quauis tormenta & mortes acerbissimas  
pati, quàm idola colere. Primis trecentis Ecclesiæ  
Christianæ annis, plusquam sexcentis Ecclesiæ  
rum millia hæc vna de causa martyrium Christiano-  
rum vel ad furcas, vel ad ignes, vel ad gladios, vel ad  
crucem, vel ad bestias damnati.  
Quocirca B. Remigius

Quocirca B. Remigius Archiepiscopus Rhenensis,  
cum Clodowum Francorum regem primum ex  
regibus Francie conuersum ad Christum post  
peratos Alemannos baptizare deberet, eorum pro-  
cerum frequentia, deponenti ornatam regalia,  
ad sacrum fere laucrum humiliari onante regia-  
li, dicens dixit: *Mis depona colla Samariter: adora quod  
ad incendisti, quod adoras: hoc est, Christum: adora,  
cuius ecclesias incendisti. Paganus: incensum  
ad idola, quae tunc adorasti.*

B Compend. Annal. & lib. de Origine Francorum.  
S. Chrylogonus, Diocletiano Imp. B.

clusus in carceres ibi biennium vixit. Sed eum Imp.  
Diocletianus Dalmata, obscuro loco natus, Im-  
peratorem scriptisisset, vt reliquis Christianis, qui in vin-  
culis essent, interfectis, Chryfogone Aquileiam  
ad se mitteretur, eo perductus est, cui Imperator  
Accersui, inquit, te Chryfogone, vt honoribus  
augeam, si modò induxeris animum deos colere  
At ille: *Ego cum qui verè si Deus, mente & ratione*  
*veneror: deos autem, qui nihil sunt nisi demumini, im-*  
*macula, odi & execor.* Quo responso exandescens  
Imperator, ad Aquas Gradatas eum securi per-  
cuti iubet, ita habet eius Vita.

Roma; sub Adriano Imp. Seraphia virgo Antiochena, cum in domo Sabine præclatissima minæ apud urbem commareret, rapta ab officio Præsidis exhibitæ est in conspectu ipsius. Cui ille Sacrificæ dijs immortalibus, quibus læsarentur domini Imperatores. B. Seraphia respondit. Timoræ toto omnipotentem Deum, qui fecit celum & terram, omnia quæ in eis sunt. Nam dy quos tuos ubi ad nos sunt dy sed sunt demonia, & ideo non liceat nobis quod adorare, quia Christiana sum. Rursum Præs Sacrificæ dijs, inquit, ne morte plectaris. Cui virgo. Nil voluntatæ patris tui Satana, quia Christiana sum. Quæ re variè tortâ, tandem capite plexa, Martyr in caelum euolat. ita Ado in Martyrol. 3. Septemb.

SS. Perpetua & Felicitas Antequam  
sub Scuero Imper. anno Domini 205. quas  
dilaudat S. Aug. damnata ad leones, cum duce  
rentur ad amphitheatrum vt ipsi obfcrentur au-  
alacrier voce canebant: *Omnes hy Gentium tam-  
nia, Dominus autem celos fecit.* Cum que Praefes  
beret alapis faciem & ostarum contundi, illi  
maiori & contentiori voce idipsum canendo re-  
rarunt, vt habent eorum Acta 7. Martij.  
enim die S. Perpetua à leonibus, S. Felicitas à le-  
parris dilacerata, de idolis & demonibus triu-  
pharunt.

honor, gulosi erapula, inobediens,  
luntas, &c. Morere hinc tuis idolis, viue Deo  
spice vana, suscipe vera: despice terrena, suscipe  
caelestia; morere saeculo, viue caelo: morere ter-  
pori, viue **ÆTERNITATI.**

COMME

# COMMENTARIA

I N

EZECHIELEM  
PROPHETAM,

A V C T O R E

R. P. CORNELIO CORNELII A LAPIDE  
Societ. IESV, olim Sacrarum Litterarum in  
Collegio Romano Professore.



A N T V E R P I Æ

Apud IACOBVM MEVRSIUM.

ANNO M. DC. LXXV.

*Cum Gratia & Privilegio.*

COMMEN-